



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

2. Abortus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559



INCIPIT

COMPENDIVM TOTIVS TRACTATVS, SANCTI MATRIMONII SA- cramenti R. P. Thomæ Sanches, ordine alphabeticō breui- ter dispositum.

A B B A S.

I.



BBATES, Vid. Alij habentes
iurisdictionem quasi Epis-
copalem possunt erga sub-
ditos dispensare in ijs, quæ
Trid. sess. 24. cap. 6. de reform.
concedit Episcopis sc. ut
possint absoluere, & dispensare circa omnes
casus occultos nec deductos ad forum conté-
tiosum, exceptâ irregularitate ex homicidio
voluntario, subditi tamen horum Abbatum
non possunt ad Episcopum confugere circa
hos casus, *lib. 8. disp. 2. num. 12.*

Aborsus.

1. Procurare aborsum, aut medicinas appli-
care prægnanti ob eius salutem, cum aboſsus
periculo licitum est, quando probabiliter cō-
stat fætum nondum animatum esse, nunquam
tamē licitum est procurare aborsum, vt occul-
tur

A

tetur

2. *De Absolutione, Acceptione,*

etur peccatum matris, ne infametur, & idem dicendum, si fuerit necessarium adeuitandum periculum vitæ, lib. 9. disp. 20. num. 9. & 10.

2. Quando probabiliter creditur factū esse animatum, licet prægnanti medicinis vti, quæ sunt per se & directè ordinatæ ad expellendos humores prauos, vt est venarū ruptio, &c. Itē medico licet illas applicare, & tenetur, licet prægnans eis vti non teneatur; non tamen est licitum prægnanti vti medicinis, quæ directè & per se sunt ordinatæ ad abortum; secus dicendum, quando medicinæ sunt eque ordinatæ ad salutē & abortum, licet de vita matri & factus medici dubij sint lib. 9. disp. 20. num. 14. 16. 18. & 19.

Absolutio.

1. Dum in noua constitutione reseruatur absolutio alicuius peccati in odium illius, vt fecit Xistus quintus contra malè promotos ad ordines; ignorans inuincibiliter cōstitutionē non incurrit hanc reseruationē; secus dicendum de ignorantia casuum reseruationis superioribus ad bonum regimen Ecclesiæ, lib. 9. disp. 32. num. 18.

2. Absolutio in foro conscientię fit extra confessionem, secus dicendum de potestate absoluendi in foro pœnitentiæ, lib. 8. disp. 34. num. 29.

Acceptio personarum.

3. Acceptio personarum non reperitur in faci-